



Praxis Meditationum S.P. Ignatii Loyolae

Diertins, Joseph

Solisbaci, 1708

Med. 54. De fugatis è Templo Negotiatoribus primâ vice. Myst. punct. 1.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60232](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-60232)

VOL. Renovemus affectus conceptos in Meditatione *Fundamenti*, de fine, ob quem creatus sumus, scilicet ad laudandum Deum, & altè cordi ac memoriae imprimamus illud Societati JESU proprium: *Ad majorem Dei Gloriam.*

COLLOQ. Quo petamus gratiam, ut per obedientiæ perfectæ viam, fini nostræ creationis, & etiam vocationis nostræ, laudando Deum, ejusque gloriam ubique manifestando, satisfaciamus.
RECOLLECTIO, REPETITIO, APPLICATIO SENSUUM.

MEDITATIO LIV.

*Defugatis è Templo negotiatoribus, pri-
mā vice. Joan. 2.*

Myst. punc. I.

CONG. De more: oība annis, in iuriū factū
PRAEL. I. Qaomodo Christus ejecevit de Templo, vendentes illic & ementes, facta ex funiculis flagello.

PRAEL. II. Formam Templi oculis objicere.

PRAEL. III. Petere donum fortitudinis ad pugnandum zelosè contra diabolum, qui nos cupiditate rerum temporalium, tamquam laqueo, vult subjugare.

PUNCTUM I. PERSONÆ. MEM. Intueamur homines in Templo vendentes & ementes.

INTEL. ET templo oculos circumferamus per to-

tum Orbem Terrarum, inveniemus ubique ven-
dentes & ementes: & hinc diaboli occasionem ar-
ripiunt, ut homines primum trahant (quod fere
contingit.) ad cupiditatem divitiarum, ex qua
oritur oblivio aeternorum, & aliæ multæ sequun-
tur tentationes. REFL. Cum cupiditas haec ma-
litiam habeat non à re concupitâ; sed ab affectu,
quo concupiscitur; videamus, an in nobis non
sit talis cupiditas.

VOL. Pudeat nos quod in Religiosâ vitâ affe-
ctus noster rebus tam parvis adstrictus sit: repu-
diemus diaboli in hoc genere insidias, & Christi
paupertatem amplectamur.

PUNCTUM II. VERBA. MEM. Audiamus Christum
ad Patrem suum dicentem: *dilexi decorum
domus tuæ.* Ps. 25.

INTEL. Ratiocinemur per domum Dei intelli-
gum Templa, tum domos, in quibus sanctè & re-
ligiosè vivitur, atque adeò domos religiosas, de
quibus meritò dicitur illud Ps. 83. *Elegi abjectus
esse in domo Dei mei, magis quam habitare in ta-
bernaculis peccatorum.* REFL. Hinc iterum disca-
mus, quam aduersetur decori domus Dei, si in do-
mo religiosâ aliquis inveniatur constrictus à dia-
bolo laqueis cupiditatis alicujus domicilii, cubi-
culi, supellectilis, &c.

VOL. Dirumpamus vincula illâ & laqueos: dia-
bolo verò opponamus Regulam summ. 25. quod
victus & supellex debeat esse, *ut pauperibus ac-
commodata,* & quod persuadere nobis debea-
mus, quod vilissima nobis tribuentur, his laqueis

rup-

en. ruptis, poterimus Deo dicere: *dirupisti vincula
mea, tibi sacrificabo hostiam laudis.* Ps. 115.

ar. PUNCTUM III. OPERA. MEM. Christus *cum fecis-
set quasi flagellum de funiculis, omnes ejecit de
Templo.* Joan. 2.

erè INTEL. Dux impiorum per innumeros dæmones
qua etiam in domum Dei, & religiosam irrumpit; ut
un. mercatum, & divitiarum cupiditatem introdu-
na. cat; Christus autem quasi pugnans, armatâ, & forti
tu, manu illos ejicit. REFL. Discimus quod nobis
on. etiam erecto, & forti animo opus sit, ut hostem
ff. illum debellemus.

ou. VOL. Excitemus animos nostros sub vexillo
ist. Christi militantes: petamus à Spiritu Sancto do-
um *Fortitudinis*: de victoria non dubitemus,
um freti auxilio Ducis nostri.

em. COLLOQ. De duobus vexillis, inhærendo po-
tissimum spiritui paupertatis. RECOLLECTIO.

MEDITATIO. LV.

ca. Defugatis è Templo negotiatoribus, pri-
do. mā vice. Joan. 2.

a. Myst. punct. 2.

bi. CONG. Modo ordinario.

ai. PRÆL. I. *Nummulariorum effudit as;* &
is. *mensas subvertit.* Joan. 2.

PRÆL. II. Aspicere mensas illas in Templo.

PRÆL. III. Petere gratiam, expugnandi animo
forti cupiditatem pecuniarum, & divitiarum.

M 5

PUN.